**MASS PROPER: JANUARY 18, ST. PRISCA, VIRGIN & MARTYR**

MASS *(Me exspectavérunt)* (red)

**INTROIT Ps 118: 95-96**

Me exspectavérunt peccatóres, ut pérderent me: testimónia tua, Dómine, intelléxi: omnis consummatiónis vidi finem: latum mandátum tuum nimis. (Ps 118:1) Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sǽcula sæculórum. Amen. Me exspectavérunt peccatóres, ut pérderent me: testimónia tua, Dómine, intelléxi: omnis consummatiónis vidi finem: latum mandátum tuum nimis.

The wicked have waited for me to destroy me: but I have understood Thy testimonies, O Lord: I have seen an end of all perfection; Thy command is exceeding broad. (Ps. 118. 1). Blessed are the undefiled in the way: who walk in the law of the Lord. V. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The wicked have waited for me to destroy me: but I have understood Thy testimonies, O Lord: I have seen an end of all perfection; Thy command is exceeding broad.

**COLLECT**

Da, quǽsumus, omnípotens Deus: ut, qui beátæ Priscæ Vírginis et Mártyris tuæ natalítia cólimus; et ánnua solemnitáte lætémur, et tantae fídei proficiámus exémplo. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

Grant, we beseech Thee, O almighty God, that we, who venerate the birthday of blessed Prisca, Thy virgin and martyr, may both rejoice for her annual solemnity and profit by the example of such faith. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**LESSON Ecclus 51: 13-17**

Dómine, Deus meus, exaltásti super terram habitatiónem meam, et pro morte defluénte deprecáta sum. Invocávi Dóminum, Patrem Dómini mei, ut non derelínquat me in die tribulatiónis meæ, et in témpore superbórum sine adjutório. Laudábo nomen tuum assídue, et collaudábo illud in confessióne, et exaudíta est orátio mea. Et liberásti me de perditióne, et eripuísti me de témpore iníquo. Proptérea confitébor et laudem dicam tibi, Dómine, Deus noster.

O Lord my God, Thou hast exalted my dwelling place upon the earth, and I have prayed for death to pass away. I called upon the Lord, the Father of my Lord, that He would not leave me in the day of my trouble, and in the time of the proud without help. I will praise Thy Name continually, and will praise it with thanksgiving, and my prayer was heard. And Thou hast saved me from destruction, and hast delivered me from the evil time. Therefore I will give thanks and praise to Thee, O Lord our God.

**GRADUAL Ps 45: 6, 5**

Adjuvábit eam Deus vultu suo: Deus in médio eius, non commovébitur. V. Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

God will help her with His countenance: God is in the midst of her, she shall not be moved. The stream of the river maketh the city of God joyful: the Most High hath sanctified His own tabernacle.

**LESSER ALLELUIA**

Allelúja, allelúja. V. Hæc est Virgo sápiens, et una de número prudéntum. Allelúja.

Alleluia, alleluia. This is a wise virgin, and one of the number of the prudent. Alleluia.

**GOSPEL Matt 13: 44-52**

In illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis parábolam me: Símile est regnum cælórum thesáuro abscóndito in agro: quem qui invénit homo, abscóndit, et præ gáudio illíus vadit, et vendit univérsa, quæ habet, et emit agrum illum. Iterum símile est regnum cælórum hómini negotiatóri, quærénti bonas margarítas. Invénta autem una pretiósa margaríta, ábiit, et véndidit ómnia, quæ hábuit, et emit eam. Iterum símile est regnum cælórum sagénae, missæ in mare et ex omni génere píscium congregánti. Quam, cum impléta esset, educéntes, et secus litus sedéntes, elegérunt bonos in vasa, malos autem foras misérunt. Sic erit in consummatióne sǽculi: exíbunt Ángeli, et separábunt malos de médio iustórum, et mittent eos in camínum ignis: ibi erit fletus et stridor déntium. Intellexístis hæc ómnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Ídeo omnis scriba doctus in regno cælórum símilis est hómini patrifamílias, qui profert de thesáuro suo nova et vétera.

At that time, Jesus spoke to His disciples this parable: The Kingdom of Heaven is like unto a treasure hidden in a field. Which a man having found, hid it, and for joy thereof goeth, and selleth all that he hath, and buyeth that field. Again the Kingdom of Heaven is like to a merchant seeking good pearls. Who when he had found one pearl of great price, went his way, and sold all that he had, and bought it. Again the Kingdom of Heaven is like to a net cast into the sea, and gathering together of all kind of fishes. Which, when it was filled, they drew out, and sitting by the shore, they chose out the good into vessels, but the bad they cast forth. So shall it be at the end of the world: the angels shall go out, and shall separate the wicked from among the just, and shall cast them into the furnace of fire: there shall be weeping and gnashing of teeth. Have ye understood all these things? They say to him: Yes. He said unto them: Therefore every scribe instructed in the Kingdom of Heaven is like to a man that is a householder, who bringeth forth out of his treasure new things and old.

**OFFERTORY Ps. 44: 3**

Diffúsa est grátia in lábiis tuis: proptérea benedíxit te Deus in ætérnum, et in sǽculum sǽculi.

Grace is poured abroad in thy lips: therefore hath God blessed thee for ever.

**SECRET**

Hæc hóstia, quǽsumus, Dómine, quam Sanctórum tuórum natalítia recenséntes offérimus, et víncula nostræ pravitátis absólvat, et tuæ nobis misericórdiæ dona concíliet. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

May this sacrifice, we beseech Thee, O Lord, which we offer to commemorate the birthday of Thy saints, both loose the bonds of our base nature and bring upon us the gifts of Thy mercy. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**COMMUNION Ps 118: 121, 122, 128**

Feci judícium et justítiam, Dómine, non calumniéntur mihi supérbi: ad ómnia mandáta tua dirigébar, omnem viam iniquitátis ódio hábui.

I have done judgement and justice, O Lord, give me not up to them that slander me: I was directed to all Thy commandments, I have hated all wicked ways.

**POSTCOMMUNION**

Quǽsumus, Dómine, salutáribus repléti mystériis: ut, cujus solémnia celebrámus, ejus oratiónibus adjuvémur.. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

We beseech Thee, O Lord, that, being filled with the mysteries of salvation, we may be helped by her prayers whose feast we celebrate. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.